



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LIX. Papst Gregor IX. beauftragt die Erzbischöfe von Cöln und Magdeburg, den Streit über die Zehnten zwischen dem Bischofe und dem Markgrafen von Brandenburg zu untersuchen und nach Befinden mit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

LVIII. Der Bischof Gernand schenkt dem Hospitale des Domsiftes einen Theil des Wernitzer Waldes, Produnsdunk genannt, am 10. Januar 1234.

Gernandus, dei miseratione Brandenburgensis episcopus, omnibus Christi fidelibus, hanc litteram auditoris, in Ihesu salvatore salutem. Adtendentes, quod — manus ad proximum indigentem extendere teneamur, et alias ei expandere viscera pietatis pauperibus, qui in facie nostra sunt, et tanquam in ecclesie nostre Brandenburgensis gremio collocati, manum misericordie vidimus largius extendendam; igitur domui hospitalis in castro Brandenburg jam erecte, ob anime nostre salutem ac refocillationem recipendorum pauperum in eadem, particulam quandam nemoris nostri, quod Werniz dicitur, videlicet locum, qui Produnsdunk nuncupatur, intuitu dei omnipotentes et interventu dilecti nobis Danielis, canonici Brandenburgensis, fundatoris domus ejusdem, donatione perpetua duximus conferendam, ut exinde edificia, que adhuc minus sufficiunt, erigantur, et alia quecunque commodis pauperum necessaria fuerint, ordinentur. Contulimus autem dictum locum cum omni jure, quo a nobis hactenus est possessus, tam in paschuis quam in lignis et aliis, quecunque sunt sub nomine hujus vocabuli comprehensa, in quoscunque usus dictus fundus, procedente tempore, redigatur. Ut autem hec nostra donatio debitam obtineat firmitatem, ipsam presenti scripto, sigillo nostro munito, curavimus roborare. Testes sunt prepositus Jacobus, prior Etechelo, custos Thidericus, canonici Brandenburgenses, Wilhelmus de Pritferwe, Johannes de Bantiz, Johannes de Muceliz, plebani, Thidericus scultetus, Johannes advocatus, Marsilius, cives de Pritferwe. Datum Jezere, III idus Januarii.

Nach dem Originale.

LIX. Papp Gregor IX. beauftragt die Erzbischöfe von Cöln und Magdeburg, den Streit über die Zehnten zwischen dem Bischofe und dem Markgrafen von Brandenburg zu untersuchen und nach Befinden mit geistlichen Strafen gegen die letztern zu verfahren.

Gregorius episcopus, servus servorum dei etc. Ex parte venerabilis fratris maguntini (Brandenburgensis?) Episcopi fuit propositum coram nobis, quod Johannes et Otto Illustres principes de prandenpurg per quosdam terminos sue potestatis sitos in ipsius dyoecesi decimas sub divino jure soluere contradicant et super hoc a nobis justiciam postulavit. Ad hec dilectus noster C., talis loci canonicus, dictorum nobilium procurator, proposuit coram nobis ex aduerso, quod dicti marchiones sub auorum suorum temporibus in ea libertate Episcopis dicti loci scientibus et non contradicentibus semper possederunt terras suas et de eisdem vsque ad hec tempora decimas non soluerunt. Sed quedam bona de prediis suis dederunt pro ipsis decimis de Episcoporum dicte ecclesie approbatione et consensu et id constanter se asserunt probaturos. E contrario proposuit procurator Episcopi, quod etiam concambii vim testes et scripta autentica approbarent hujus earundem probationum nullatenus standum esset, cum jus decimarum adeo juribus spiritualibus sit annexum quod et nec vendi nec commutari valeat vllomodo nec in proprietatem laycalis potentie conuertatur. Cum et dicti marchiones non sunt legali debito vassallorum Episcopo memorato, nec se habere decimas vel ab eodem vel ab ullo principe ecclesiastico fateantur, cum tamen decime a nemine preter quam ab ecclesia ha-

beri valeant vilo modo et dicti principes in hoc nullum jus ecclesiasticum recognoscunt, immo appropriant sibi decimas, in graue animarum suarum periculum et ecclesie uniuersalis prejudicium, vnde sic grauate prefate ecclesie subueniri per sedem apostolicam postulauit. Cum igitur de negotii quantitate seu ueritate plene instrui non possimus et quia ibi ueritas requirenda ubi commodius ualet elici et lucidius declarari, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus prefixo presentibus termino competenti de dicte ecclesie iniuria cognoscatis, Et si apparente aliqua occasione et tam rationabili seu honesta predicto Episcopo ad dandas predictas decimas teneantur, tunc iidem nobiles ipsas et per se soluunt et a suis solui faciant omni occasione et appellacione cessantibus, non obstante contraria consuetudine vel abusu: alias ponatis in terram eorum ecclesiasticum interdictum, vltimus si eorum exigerit contumacia per sedem apostolicam processuri, ut et prohibeatis eosdem ab omnibus ecclesiasticis sacramentis etc.

Nach dem Codex Viennensis der K. K. Hofbibliothek zu Wien (LXI der Manuser. philologica) fol. 12.

LX. Die Erzbischöfe von Cöln und Magdeburg bescheiden die Markgrafen auf den 28. Juni zum Verhöre nach Magdeburg.

Nobilibus et illustribus principibus Jo. et Ottoni, dei gracia Marchionibus Brandenburgensibus O. et C. eadem gratia Magdeburgensis et Coloniensis ecclesiarum episcopi, iudices a sede apostolica delegati orationes et obsequia indefesse. Litteras domini pape per omnia recepimus in hec verba: Gregorius etc. (No. LIX). Quoniam igitur mandatum apostolicum nec possumus nec volumus cum aure furda preterire, cui in omnibus et per omnia tenemur obedire, auctoritate, qua fungimur, in vigilia petri et pauli apostolorum proxime ventura ad nostram presentiam in (Magdeburg) vos citamus, locum vobis ibidem majorem ecclesiam et predictam diem peremptoriam assignantes.

Nach dem Codex Viennensis fol. 12, 13.

LXI. Die Markgrafen entschuldigen sich, nicht persönlich zu diesem Verhöre erscheinen zu können.

Venerabilibus dominis ecclesiarum episcopis iudicibus a sede apostolica delegatis J. et O. dei gratia marchiones Brandenburgenses obsequium cum promptitudine voluntatis. Exposcit reuerentia vestrum, quod cum ad vestram citationem maydeburgh venire non possimus, causis rationabilibus impediti, familiarem nostrum procuratorem constituimus ad impetendum iudicias ad allegandum et si necesse fuerit ad comprobandum coram vobis de impotentia reemendi et ad appellandum, si sibi visum fuerit expediens et consultum.

Nach dem Codex Viennensis fol. 13. Die vorstehenden drei aus einem Formelbuche entlehnten Urkunden geben zwar die Namen zum Theil unrichtig an, sind jedoch ohne Zweifel aus wirklich erlassenen Schreiben entlehnt.